Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

Mauriani, quodve ab Augustini stylo, ac inge, nio quam longissime distat, certe inter sup, posititia rejiciendum est.

IZ. Fol. 190a - 243a

De Sacram: Poenit: et Sermon: dominicales.

Quae a folio 190. usque ad finem continen, tur, sunt. 1 Scriptum de satisfactione sa, cramentali, quod ultimo loco pleni debuis, set. 2 Sermones de nonnullis dominicis; 3. de contritione, et confessione, quarum partem tertiam constitueret scriptum nos memoratum de satisfactione.

Cod: CCXXVII.

Chartac: 4. Saecul: XIV. 15 1398 2 6.10.

Emtum

1.

Compendium Confessorum metricum.

1a - 5b

Compendium confessorum metrice ador, natum. In superiore margine legitur: In, cipit compendium confessorum metricum. Inchoat author opusculum sequentibus versibus, qui quasi praefationis loco sint:

"Confessor caute si vis laqueos fugitare
Jure diversos veterique novo seminatos
Ex his versiculos confectos respice paucos
Quae confessoris brigam (a) faciunt meliorem."

(a) Dificultatem negotium. Glos, sar. manuale med. et inf. lat. voce: Briga.

Nimirum regulae generales juris, confessario scitu necessariae, versibus denotantur, ergo additur prosaica uberior declaratio. Latum abest, quin Joannem de Deo authorem putem.